



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate Libri Septem**

**Scardeone, Bernardino**

**Venetiis, 1542**

Iniquum esse, exposci pudicitiam ab uxore, quam nolit maritus praestare  
cap. xviii

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30433**

lectorem: innuens nunquam se nisi quā gerat utero ad  
 mittere mæchos solitam. Honeſtam ſcilicet matronam:  
 quæ & tam ſtrenue cauere dāno uiri, & tam prudenteſ  
 conſulere ſuo nouerat pudori. Quid ꝑ olim in repudi  
 negocio idem iuris erat uxoribus, quod maritis, et ſi id  
 poſtmodum ueluti ſus proprium ſua tyrannide uiri ipſi  
 ſibi nequiter uſurparint: Nam Beatus Hieronymus, ut le  
 gitur apud ſententiarum magiſtrum libro quarto & di  
 ſtinctione. xxxv. affirmat quicquid præceptum eſt uiris  
 de dimittenda uxorē ex cauſa fornicationis: redundare  
 idem ad fœminas: ac minime æquū uideri iudicari mu  
 lierem adulteram dimittendam à marito, & uirum mœ  
 chum retinendum ab uxorē. Ex quibus uerbis oſtendi  
 tur, ꝑ pari iure fornicationis cauſa poſſet etiam uxor à  
 marito recedere ſi uelit: & eum inceſſere, et reum adulte  
 ri facere æquo iure, ſicut maritus uxorē. Verum quū  
 ex tot rationibus inter ſe undecunqꝫ diuerſis mihi adhuc  
 conſtare ſatis nequeat, quid ſequar, minime cenſui par eſ  
 ſe hlc meum iudicium interponere, et de tam ancipiti  
 quaſtione me admodū incertum temete quicquā pro  
 certo dicere. Quamobrem per me in quā quicqꝫ uelit  
 ſententiam pedibus abeat, nihil reſiſto, dummodo in eo  
 mecum conueniat, per magnum eſſe utrinqꝫ flagitium,  
 et hoc & illud graue: et nefarium peccatum. Quid .n.  
 ſceleſtius, quā diſtrahere carnem ſuam in partes, quæ  
 per connubii fœdera una fuerat: & ipſum male diſcerpe  
 re coniugium, quod Deus ideo inſeparabili fidei nexu  
 conſtrinxerat, ut ex ea inuolabili conexione indiuiduā  
 unitatem, Chriſti ſcilicet, & eccleſiæ, myſtice præſignaret.  
 Quo circa quicunqꝫ adulteratur, uel maritus, uel uxor ſit  
 à lege domini recedit, & grauiffime peccat, & grauiffi  
 me punietur: dicente Apoſtolo ꝑ Fornicatores ac mol  
 les, & adulteri regnum Dei non poſſidebunt. 1 Cor. 6.

Iniquum eſſe expoſci pudicitiam ab uxorē quā  
 noſt maritus præſtare. Cap. XVIII.

DE PVDICITIA MATRIMONII.

**H**ic mihi quæso respondeat quisquis maculare conjugalis pudicitiae candorem pro nihilo ducit, & scædare matrimonialem torum meretricis foribus, & incesta libidine nõ ueretur: quo nam iure, quæ ue ratione exposcat is sibi fidem ab uxore, seruari, quam uiolat ipse prior? Mutua profecto esse debet coniugum charitas, & fides fide mutuo paciscenda. Nulla est enim tam perditæ pudoris adultera, quæ non hanc fere impudicitiae suæ causam prætendat, referre se scilicet in eo iniuriam marito non facere: nec dictum ( ut ait comicus ) sed responsum. Nam tunc putat uxor ulcisci sese magnifice, quum par pari reddat: quoniam iustum uis detur esse idem pati, quod quisque alteri fecit. Propterea legimus clytemnestram indigne ferentem Agamemnonem uirum suum cum Chryseide puella barbara delectari, cum Egisto sese quoque oblectasse, & ut illum scæde pellite, sic eam mœcho scæde potitam. Quis cunque ergo fidelem sibi uxorem cupit, fidelem & ipsum sese uxori prebet, necesse est. Vir enim ( ut eleganter in suis institutionibus Quintilianus asseruit ) qui alieni matrimonii non est abstinens, sui quoque non est custos: quando ( quod uulgo dicitur ) qui fundum alienum erat, suum interea incultum deserat necesse est. Et .n. hæc inter se natura connexa sunt, maritum, qui in concupiscentiis alienis uxoribus occupatus est, uacare propriæ uxori non posse. Nam sicut qui non ferunt seruos palam comedere, & bibere, docet eos ingurgitare clamculum, ita qui non communicant focos, & lusus cum uxoribus faciunt, ut he quoque uicarios accersant maritis: & aliunde quærant ab alienis, quæ sibi debebantur à propriis uiris solatia. Seruanda itaque ( ut dixi ) fides mutuo, & ut maritus in officio uxorem contineat, eum pudorem præstare debet, quem postulat ipse sibi, & quem præstari leges iubent. Summa inquit Vulpianus iureconsultus æquitas est; ut quisque patiatursibi idem ius sibi dicitur.

quod ipse aliis dixerit. Prima quidē lex in matrimonio (ut docet Aristoteles) est ut uir pudice sese habeat ad uxorem, & ab iniuria cesset, quo nec ipse quoq; iniuriam patiatur. Maximum profecto honorem existimat haberi sibi à uiro pudica mulier, si conspiciat eum fidelem sibi, nec de ulla alia muliere turpiter cogitatem. Nam tanto studiosius curabit uxor amabilem sese præstare uiro, quanto sese magis cognouerit ab eo fideliter, ac pudice diligi. At modo contra impudici quidam factitant, qui omnia sibi permittunt, & si quid humanum uxori forte ceciderit, cœlum terræ (ut aiunt) commiscentes fremunt uociferant, et ferre non possunt. Peruerse quidē, ac nimis seuerē, tā atroces sese in illas iudices exhibere, & in seipsos tā indulgentes esse. Cōmendatur in hoc genere laudis ab Homero, & ab aliis poetis Ulysses, qui à Circe Athlantis filia omnium mulierum pulcherrima nullis potuit neque blanditiis, neq; promissis flecti, ut abnegaret Penelopes uxoris affectum, dicēs. Nihil sibi dulcius, atq; speciosius uideri posse uxore sua aspera & occulta. Proinde quod ipse uxori præstiterat, idem merito sibi quoq; ab uxore, repensum est, quæ expectando facta anus à fide matrimonii & si à multis infestaretur prociis, nunquam defecit. Laudatur similiter apud Romanos Drusus Germanicus, qui usum ueneris absens, præsensq; intra conjugis charitatem perpetuo circumscripsit. Quo circa uxor eius Antonia amorem mariti egregia fide compensans, post illius obitum adhuc forma & ætate florens, ac diuitis prepotens nouis sub deinde nuptiis nunquā uoluit copulari: & Liuiæ socrus suæ cubiculum quo ad uixit habuit pro coniugio. Celebratur quoq; à scriptoribus insignis amor conjugalis Iulie Pompei Magni quæ nō aliunde effluxisse creditur, q̄ ab ipsius Pompei continentia, qui nulli unq; post eius nuptias miseri sese commiscuit. Sed & Cato Uticensis ita in adolescentia continenter uixerat, ut quum Attiliam accepit

DE PVDICITIA MATRIMONII.

uxorem, nullam mulierem antea cognouisse feratur et  
 postea in bellum profectus Munatium: ex familiaribus  
 suis intimum iuxta se semper cubare uoluit in suæ pudi-  
 citiæ testimonium, quàm in discessu uxori se promiserat  
 seruaturum: qua scilicet ratione uxore quoque suo ex-  
 plo fidelè reddi absenti sibi nõ immerito sperabat. Non  
 putauit hic Christianorum nostrorum exempla referen-  
 da esse, quum nec uere Christianus sit habendus, qui nõ  
 idem præstet legis precepto, quod ethnici quidam præ-  
 stiterunt solo amore pudicitia, Errat ergo profecto mul-  
 tū, si quis existimat tuto sibi licere alienas cõtrẽctare uxo-  
 res, et non idem licere putet & aliis eisdem legibus con-  
 tractare suam. Iniqua, & impudens admodum querela  
 est hominis, qui ab aliis pati, quod in alios & ipse fecerit,  
 indignatur. Vulgare dictum: Ab alio expectes, alteri quod  
 feceris, Vulgatius quoque illud seruatoris nostri uerbum.  
 In qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur uobis.  
 Atque id diuino solet plærunque prouenire iudicio, ut  
 quæ quis inique fecerit, eadem & ipse iuste postea patiat-  
 tur: & qualis in alium fuerit, tales sentiat & in se alios. Sit  
 autem nobis in his, quæ dicimus, exemplo Dauidis adul-  
 terium: quod uria militis sui uxori intulerat, quomodo  
 post diuino iudicio fuerit iudicatum. Nam is à filio Abi-  
 salone, multo iniquius quàm ab alieno, in uxoribus suis  
 pati coactus est, quod ipse in alterius uxore patrarat. Im-  
 probus enim filius cõcubinas patris eo ipso loco, quo  
 ipse Bersabem prius corruperat, sub parato ad id tentor-  
 rio, non minus impie, quàm fœde, in conspectu populi  
 publice palamque incestuosissimo polluit adulterio. No-  
 uit & hanc æquitatem uilionis antea iustissimus uir Iob:  
 qui hanc sibi uelut æquan adulterii uindictam præca-  
 tus est, si quando in eiusmodi flagitium prolapsus fuisset,  
 Si decceptum est inquit cor meum super muliere, et  
 si ad ostium amici mei insidiatus sum, scortum alterius fi-  
 at uxor mea, & super illam incuruentur alii. Hoc enim ne

Math. 7

2 Reg. 11.

2 Reg. 16.

fas est, & iniquitas maxima, & ignis deuorans, & omnia eradicans germina. Hactenus Iob, nos quæ reliqua sunt prosequamur.

Non esse quod quisquam uxori meretricem præponat propter formam, Cap. XIX.

**Q**uid nam est (ut te interim alloquar homo turpissime) quod adulteriorum foeditate in iniuriam Dei, et proximi tantopere detesteris? Fare quæso, quid est, quod quum ad euitandam fornicationem uxorem horis esse ducendam, non tamen uerearis post ductam uxorem nunc multo foedius peccare adulter, quam peccaras sine uxore antea fornicator? Quid enim est aliud profiteri matrimonium, quam renunciare fornicationibus stupris, adulteriis, et ab omnibus impudicitis abstinerere? & esse unica uxore contentum? Quid nam tibi lupanaria turpiter præstare in ea re amplius possunt, quam tua domus itidem honeste non possit? Non est sane quod iustria thalamo præferas: modo uelis, ut par est, uti honesto, & naturali usu ueneris, et non intemperanter abuti interdito concubitu foeminarum. Si quidem hæc, quam tu tantifacis meretrix, foemina est, sicut & uxor tua quam contemnis. Mirum quod tibi impudica, et scelesti meretrix, pudica et honesta uxore plus placeat. Formam, inquis, amo, blanditias, illecebras artem. Teneo: te decepit his fraudibus diabolus, atque his ipsis nequiter te alligauit diabolus. Sed quid tu quæso uxorem accepisti deformem, si te tantopere muliebris forma delectabat, ut præter hanc nihil quicquam magis in foemina adamandum putares? Fateor hæc in meretrice solent in primis quæri: at uxor honestate magis atque simplicitate matronali placere debet marito: quam foemina adultera forma, blanditiis uel aut illecebris ac fraudibus meretriciis. Nihil profecto in foemina tam deforme, ac contemptibile uideri debet,